

Christian Woldenberg Rudolf Gasto

Disputatio Iuridica De Aetate Legali, Eiusq[ue] Privilegiis

[Rostock]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735192367>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 14. Mai 1659
Woldenberg, Christ.

57. 3
55.
DISPUTATIO JURIDICA
DE ~~justit. - iuris ab aliis~~
ÆTATE LEGALI.
EJUSQ; PRIVILEGIIS,

Quam

Consensu & approbatione Nobilissimi
& Amplissimi J. C. torum ordinis
in Alma Warno Balthica,

PRÆSIDE

CHRISTIANO WOLDEN-
BERGIO, Crempâ - Hols. Phil. J. U. D.
Græc. L. P. P. & Decretalium designato,

Publico eruditorum examini

RUDOLPHUS GASTO,
Gubenâ Lusatia,

*Ad diem XIV. Maji exhibet
in Auditorio Majori,*

Epitome βασιλικῶν. lib. 10. p. m. 137.

*Τοῖς ἐλάττονι ἡ ἡλικία, ἐταῖς ζημίαις συντρέχειν, ό μὴ
ἐταῖς πενταγμασι ταῖς αἰσιώς διοικηθεῖσιν αὐτικεῖσθαι εἴωθεν.
cui consonat. L. 14. in fin. C. de Procurat.*

I. d. 301. II. 

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LIX.



Admodum Reverendo, Nobilissimo, Amplissimo,
Consultissimo DOMINO ^{EN.}

DN. JOACHIMO GÖDERS, J.U.D.
Celeberrimo, & templi Cathedralis, quod Ham-
burgi est, DE CANO,

Ut &

Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, genere & virtute
inlytis, fratribus Germanis, integris, & candidis

DN. GEORGIO MÖLLERO,
J. U. D. Celeberrimo.

DN. VINCENTIO MÖLLERO,
J. U. L. Celeberrimo.



Dominiis amicis, patronis, affinibus ac famili-
boribus singularibus, hanc disputationem
Academicam, boni & sinceri pectoris in-
dicem amicâ fronte exhibet

D. D. D.

Christianus Woldenbergius,
Crempa-Holsatus Phil. J.U.D. Græc. L.
P. P. & Decretalium Prof. designatus.



DE Ætate Legali Disputationem conscripturus, in primis Etymologiam nominis, quod satis obscurum apud Ciceronem, Plutarchum, & alios explicandum esse operæ pretium censui, motus *L. I. D. de just. & jur.* ubi Ulpianus inquit: *juri operam daturum*, prius nosse oportet, unde nomen juris descendat. Vera siquidem juris discendi, ut & alterius cuiusvis disciplinæ ratio est, ut à notatione & Etymologiâ verbi incipiamus, quæ profectò rei propositæ vim aperit, & non mediocriter illustrat. *l. 1. S. appellata. 2. ubi Glos.* & *DD. ordinariè D. de rebus: cred. l. 1. & ib. Gl. ac DD. D de acquir. vel. amitt. poss. l. 1. D. de constit. pecun. usumq; habet necessarium, quoties res de qua quæritur interpretatione eget. Quintil. l. inst. Orator. Joh. Coras. l. 1. n. 1. & 2. D. de just. & jur. Nicolaus Eberhard: in Top. legal. sub loco ab Etymologiâ Ruiger Ruland. de Commisj. part. I. lib. I. c. 1.*

Th. I.

Dicitur autem Ætas quasi ævitas, ab ævo, quod à Græco *αιών*, Latini traxerunt, testibus Apuleio Grammatico, & Johanne Tortellio in Commentar. suis Grammat. hæc scilicet ratione, quod ætas semper existat, atque duret. Nam Græci *αιών* dicunt, quasi æti *ων* i. e. semper existens, Aristoteles lib. I. de Cælo. Camerar. in Comment. utriusq; lingue p. m. 33. 34. Vide que VV alæus habet de voce *αιών* in Luc. c. 1. v. 33. Sed & *αιών* ipsis dicitur vita longissima, quam Latini seculum vocant, teste Francisco Conmanno lib. I. comment. *Juris Civilis c. 19 n. 6.* Unde cum ætas semper existat, vel; cum summa ætas centesimo terminetur anno, ideo ut dictum, ab ævo ævitatem dixerint veteres. vide Bartholomæum Agricolam de æta-*re in eumtum officia c. 1 p. 3. 4.* Dicitur & *αιών* spinæ medulla Hom. II. 7. Legitur de tempore etiam elegans Epigramma Platonis in Anthol. Græc. cent. 7. c. 90. ex edit. Rivini Præceptorum mei p. m.

A 2

A 2

Ἄλλων πάντες φέρεται, δολοχός γένοντος σίδερος απέβαν
Οὐνοματα, καὶ μορφὴν, τὴν φύσιν, ἡδὲ τύχην. i.e.

Omnia fert æbum, longum tempus novit mutare
Nomen, & figuram, & naturam, & fortunam.

Adde Nov. 39. in pref. ubi dicitur: Tempus fert omnia.

Th. II.

Sequitur Homonymia. Ætatis enim vocabulum in jure nostro
alio atq; alio modo sumitur, veluti notat *Cujacius lib. 6. Observ. 3.* Ætas
enim alias pupillarem ætatem significat, ut cum in pœnalibus judicis
ætati succurri dicimus. Alias per eam significatur pubertas, ut cum
suxæ ætatis aliquem dicimus esse. *L. 3. C. de Testament. tutel.* alias ætatis
nomine significantur anni 25. quo sensu, & suxæ ætatis dicimus esse eum,
qui est major 25. annis. *L. ex duobus 27. D. de N. G.* alia est ætatis significa-
tio in *L. domus 5. 8. D. de Leg. i.* ubi legitur, ædificiorum ætatisbus æstima-
tis: i.e. statu, quantitate, & magnitudine *Cujac. d. l.* Nonnunquam
etiam ætas sumitur pro spatio 30. annorum, uti patet ex classicis auto-
ribus, puta *Horatio in Eped. od. 16. & lib. i. carm. od. 35. Cic. lib. 4. Epist. fa-
mil. 9 idem Philip. 8.* quibus in locis ætas spatiū triginta annorum signi-
ficat, quod scilicet bella illa civilia à Sylla, Mario, Octavio, Cynna: &
iterum à Sylla & Mario, Carbo, Pompeio & Caſare gesta hoc spatio
durarint, veluti *Dionysius Lambinus in notis ad Horatium docet.* Bellum
pronuper gestum in Imperio Romano etiam ætatem duravit. Milita-
ris ætas sive officium & munus militis practicum, à prima redactione
seu susceptione in numerum & ordinem ad missionem usque legalem
30. annis terminatur. Vide *Gell. lib. 10. Noct. Attic. c. 28.* Aristotelem hic
non prætereundum censeo, qui *lib. 8. polit.* dicit: ætatem hominis &
œconomiae, & Reipublicæ muneribus aptam censeri ab anno 35, tunc
enim jubet uxorem ducere, & ad rem publicam accedere. Ætas gene-
rale nomen est, non solum ad personas, uti *Grotius statuit lib. 2. de jure
belli ac pacis p. m. 164.* Sed ad res, temporaq; pertinens, uti ex superiori-
bus constat, ubi ætas in personis ea est, quæ infantiam, pueritiam, pu-
bertatem, juventutem, senectutem continet. Ætas etiam amplitudi-
nem significat *L. domus 5. 8. D. de Legat. i.* ætas pro longo tempore accipi-
tur *L. si quando. 16. C. de Operib. publ.* ætatem etiam temporis dixit *Ulp. in
l. 26. 8.*

l. 26. §. libertas ii. d. de condicione deb. pro opportunitate, quæ Gallis
dicitur Saison du temps.

Th. III.

Dicitur ætas etiam ἡλικία, vid. Joh. 6. 9. v. 21. & quæ ibi VValeus
notavit, quod ἡλικία sit perfecta ætas, quæ νηπότην opponitur p.
m. 908. ubi etiam habet, quid sit Διάτην καὶ εγών. vide Concilium Con-
stantinū in Trullo. can 84. item βιοῦ i.e. vita, ut ad Synonymiam de-
veniamus, Plautus in Amphit.

Nam in hominim AETATE multa eveniunt hujusmodi.

Capiunt voluptates, mox rursum miseras.

Ætas Græcis γέρεν, ut cum dicimus, hominum ætates vixisse Nesto-
rem, complectitur annos circiter 30. ut significat manifestè, Herodo-
tus in Euterpe, ubi dicit: tres ætates habere annos 100. τρεῖς γέρεας
αιδρῶν ἐντὸν ἐπειδὴν. Plutarchus in lib. τοῦ τῶν ἀκλελογίσθων
χρηστοῦ, rationem afferit, cur γέρεν 30. annos habere dicatur,
οὐ τὸν τέττῳ χρόνῳ γεννῶντες παρέχει τὸν ἐξ αὐτὸς γερενηδέρον ὡραί-
νηορες, quod jam Pater esse possit, qui triginta annos natus sit. Ovid.
ætatem annorum 100. fecit, de ludis secularibus Trist. 2.

— — — quos ætas aspicit una semel.

Sed hos Græci αἰώνις vocarunt, ut Herodianus lib. 3. αἰώνις
αὐτὸς ἀκάλεψ, οἱ τότε ἀκόντις, τεῖν γέρεων Διορθομέστου ὅπι-
τιλεῖδης. Seculares illi vocabant, qui decursis ætatis tribus cele-
brarentur. Αἰώνιος autem διπλούς αἰώνος i.e. seculo, quod volunt
esse spatium vitæ humanæ longissimum, partu, & morte definitum.
Seculum quidem & statum temporis atq; habitum notat: ut seculi
mores, atq; errores cum dicuntur. Et Virgilium.

Aspera tum positis mitescunt secula bellis.

γέρεν autem videretur significare vitæ incrementum, & processionem,
& temporum quamcunq; distinctionem. Virgil. Georg. 3.

At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas,
Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

A 3

Plutar-

Plutarchus in lib. sup. alleg. *Zevediū* annum significare docet, ita, ne numerum vocamus unum, cum sit hæc numeri radix & hoc initium v. Camerar. in Comment. utriusq. ling. p. m. 34. 35. *Zevediū* autem est *tegumentaria*, triginta annorum ætas, ut Porphyrius notat in Homericū quæstionibus haclenius nondum versis, tres *Zevediæ* seculum exponit, Herodianus Severo. In 300. annis. 10. in Ægypto fuisse Reges, notat Philo in legatione. Justinianus in Nov. 159. vetat in judicia deduci causam, quod jam quatuor *Zevediū* exiūsset. Grot. de jur. bell. ac pac. lib. 2. c. 4. §. 7. innot.

Th. IV.

Def. Progredimur ad definitionem ætatis. Primum in genere. Deinde in Specie. Definiri itaque in genere *ÆTAS* potest, quod sit certus vitæ cursus, per partes suas habens tempestivitates. Hæc definitio seu descriptio ætatis ex Cicer. de senect. desumpta est. Constat genere, & differentiâ specifica. Genus est *certus cursus*, propterea quod cum primum in hanc lucem editus est homo: & vivere incipit, continuo alia ætate, sive ætatis parte aliam excipiente ad senectutem, h. e. extrellum & ultimum vitæ actum, rectâ progreditur, nec ei ab ætate posteriori ad priorem ullo modo, ullâve ratione regressus datur, nisi forte illud Torquenadæ in horto florido, dialogo 1. aliud moneat, & Valesci Taren-tasi, qui tradit, se vivo, Monialium Abbatissam fuisse, cui jam vetula, dentes renati, comæ denigratae, rugæ & sulci cutis adæquati, sic denique se vultu, facie, totoque corporis habitu juvenculam exhibuisse, ut rei novitate percussa, prævereçundia se cunctorum oculis subtrahere niteretur. Marinus Delrio in disquisit. magiciis tom. 1. lib. 2. q. 23. *Agricola d. tratt.* p. m. 9. Sed fabulam esse censeo, alias & hodie strigolas vœtulas rejuvenescere crederemus. Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. n. 24. dicit. ætatem quid esse incertum, eum quotidie fugiat, quotidie mutetur, & medio saepe in cursu non invenimus derelinquit, defterat, & orco tradat. Atque hinc etiam ætas in oculos non incurrerit, ut scilicet ex facie semper de cœterum statuere possimus. Anton. Hering. de fideijs. p. 2. c. 27. n. 66. quamvis Juvenalis Satyr. 6. proverbiali schemate de quadam vœtula dicat:

facies

— — — — — *facies quod computet annos.*
Et hoc etiam Cujacius votat in Papiniano suo lib. 10. quæst. ad 4. si Titius
48. *D* de *fidei* *ys*. ubi dicit: *Etatem hominis plerumq; obscuram &*
incertam esse. Duxi generis loco poni certus vita cursus. Sunt enim
hæc communia pueri, adolescenti, viro & seni, h. e. omni prorsus
ætati, cum quilibet homo in suæ ætate hunc vitæ scopum, & certum
cursum teneat, & in eo ad propositam sibi metam, & vitæ suæ terminum
decurrat.

Th. V.

Formam sive differentiam specificam faciunt verba sequentia
per partes habens suas tempestivitates. Quamvis
enim quælibet ætatis pars seu species communem hunc vitæ cursum
rectæ teneat, & omnes ad finem & scopum vitæ nostræ quævis in æta-
te positi curramus, & tendamus: attamen singulare & proprium
quiddam singuli in ætate singulæ habemus & experimur, quo ab aliis
alii separatur & seceruntur, quam differentiam non male affectio-
nem, sive affectum vocaveris. *Quo* spectat Antonius Codrus *Utræus*
Poeta & Orator nobilis & famosus in sermone i. *de Metamorph.* videa-
mus, inquit, si liber, singulas nostræ vita partes: Quid certitudinis
aut stabilitatis habuit pueritia? Lusimus nucibus par & impar: in
arundine equitavimus; hæc præterierunt. Quid certitudinis habuit
adolescentia? equitavimus; Veneri & cantilenis operam dedimus.
At jam viri facti appetivimus uxores, natos, divitias, sacerdotia, se-
rores. Paulatim in senium vergimus, quod est grave mortalibus
pondus, ut Poëta Græcus scribit, & ut Latinus, per se morbus est.
Senectute enim vires amittimus; & pulchritudinem, & ingenium
& memoriam, & sensus & voluptates. Omnia enim fert ætas, ani-
mum quoque *ut* *Marcus* *ait*: porro hanc ætatis differentiam seu affec-
tus & qualitates singulares singulis ætatis proprias pulcherrime
describit, *Horat. de Arte Poëtica.*

Th. VI.

Verum & alio modo ætas definiri potest: quod scilicet sit in-
tervalum, seu spatum illud, quo tempus a tempore distat, vid. *Ca-*
rolum Bovillum in tract. suo peculiari d. mundi ætatis, & Glo. ordina-
tionem in proem. 6. Decret. in verbo perfectus. Et hoc sensu Joseph. Mascar-
dus de

ius de probat: Volum. 2. conclusione 66. n. 12. dicit: ætatem nihil aliud es-
se, nisi quandam temporis mensuram, à die natali usque ad obitum
decurrentem. Nobis autem in specie, **Ætas Legalis** defini-
tur illud spatium, quo quis legibus civilibus
permittentibus, munera publica obeundi po-
testatem consecutus est.

Th. VII.

Dividi porro ætas ab aliis aliter solet. *Aul. Gell. lib. 10. Noct. Att.*
c. 28. *Servium Tull. Regem* 3. ætatum ordines fecisse notat: puer-
rum scilicet, juniorum, & seniorum, *adde* & *Plutarch. in lib. de his qui*
sero à Numine puniuntur. Aratus in Phænomena à vers. 96. usq. 235. *Tacit.*
de morib. German. quo & *Ulpianus Marcell. videtur respexisse in l. 69. §. Ti-*
tius 1. D. de Legat. 3. & Prat. in lexico jur. *adde* & *l. 8. §. modus 10. D. de*
transacti. Coeterum existimari possit juvenis is, qui adolescentis excess-
sit ætatem, quoad incipiat inter seniores numerari, & ibi Dionys. Go-
thof. in not. juventutem, inquit, sequitur senectus, quasi juventus me-
dia sit inter primam & ultimam ætatem *Adde* *Dan. Tofsan. lib. 1. de se-*
ned. c. 8.

Th. VIII.

Pythagoras vero in 4. partes ætatem hominis distribuebat
Laërt. in ejus vitâ, metiendo intervalla per n. 20. quo etiam respexit
Ovid. lib. 15. metamorph. *adde* *Neand. in anthol.* & *Ovid. lib. 1. meta-*
morph. de 4. mundi ætatis p. m. 138. Georg. Sabin de 4. mundi ætatis. & *hi-*
stor. Japet. p. 143. apud Nean. Lucian. in Prometheus seu Caucaso. Sic & ex
Plutarcho quadrifariam ætatis partitionem discimus, cum in libro de
Hom. ita scribit: omnibus ætatis egregia facta attribuit (scilicet Ho-
merus) quæ ad quemvis hominem excitandum faciant. Juvenis exem-
plo Achillus excitari potest, & *Aiacis* & *Diomedes*. Adolescentis *Antiochus*
& *Merione*. Matura ætate vir *Idomenes*, & *Ulysses*. Senex *Nestorius*. Si-
militer & *Accursius* noster ætates hominum 4. esse docet in *l. heredita-*
tum. 68. in verbo à primâ ætate. D. ad L. Falcid. primam computat ad
annum 12. vel 14. respectu maris aut foemellæ diverso, & dicit vocari
impuberem. Secundam extendit ad annum 25. quam adolescentiam
yocat. Tertiam ad annum 50. quam nominat, juventutem seu so-
nium

nium appellat Xenoph. lib. 1. Cyropæd. alios appellat παιδας, alios Φηβες, alios πλεις, alios οντες σπανι μαλικης επη γενοντες. Martial. lib. 9. Epigr. 9. ubi ad Domit. Imp.

Dilexere prius pueri, juvenesque, senesque
At nunc infantes, te quoque Cæsar amant.

Th. IX.

Alii quinq; ætatis gradus faciunt, velut de Varrone, Terentio, & Servio Grammatico refert Jacobus Menoch. de arbitrar. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 57. n. 2. Hesiod. lib. 1. op. & dier. à vers. 108. usq; ad 200. Constant. Imp. in l. un. C. Theodos. de his qui ven. ætas. impetr., ætates ita etiam distribuit, ut prima sit pueritæ, sequens adolescentiæ; tercia quæ inter adolescentiam & juventam media est, quamq; firmatam vocat, quarta legitima; & quinta senectus. Et hanc distributionem sequitur Jacob. Cujac. in l. 2. D. de excusat. ubi ait: sunt autem præcipue ætates quinq; ex constit. Constant. pueritia, adolescentia, firma- ta ætas, perfecta ætas & senectus; Pueritæ, quæ & pupillaris ætas dicitur, pars est infantia. Hæc certum finem habet in annum 7. quo plene absolvitur integritas loquendi. Altera pueritæ pars finem habet in annum 14. in mare, & 12. in fœminâ. Adolescentiæ sive pubertatis certa etiam finitio est, putâ ab anno 14. & 12. in 25. Pars ejus est plena pubertas ab anno 18. in mare, vel 15. in fœmina; & dicitur plena, quod sit eâ maxime ætate, ut Meccenas ait apud Dionem: ηπε τῶν σωμάτων εὐεξία, ηγή ή τῶν ψυχῶν ἐπιτυθεότης. I. C. quod eâ valeant maxime & sint habiles, tâm corpore, quam animo. Firmatæ ætatis finitio hæc est ab anno 20. vel 18. quâ ætate ex venia Principis ante 25. annum minoribus rerum suarum administratio permittitur. Perfectæ ætatis, quæ & juventus dicitur, licet interdum & juventus pro adolescentia accipiatur, est hæc viridis juventus illa prima juventa ab anno 25. in 46. Juventutem sequitur, quæ & prolixa & proiecta ætas dicitur. Numeri annorum legibus definiti sunt, ut perfectæ ætatis initium Lege Lætoriâ, finis Lege Regia, de quâ Gellius lib. 10. 6. 28. Plura in Pardulphi Prætei. Lexico consignata leges.

Th. X.

Porro Glos. in proemio 6. Decretalium in verbo perfectus, 6. enu- merat ætates hominis: Infantiam ad annum 7. Pueritiam ad annum

B

14. Ade-

14. Adolescentiam ad annum 25. juventutem, seu virilem ætatem ad annum 50. Senectutem ad annum 70. & inde senium ad vitæ usq; finem, quod aliarum ætatum terminus sit. Quæ Gloss, ibidem loci facit etiam ætates mundi. Et hanc ætatis partitionem Menoch. dicto casu 57. post alios ibidem relatos autores comprobant, accedit Corassius in l. precebus. 8. in verbo ætatis sue C. de impub. & alia substit. Eadem tamen Gloss. in cap. 1. verbo septenarius. Extr. de celebrat. miss. sibi in hoc contraria 7. statuit ætates: sunt 7. horæ inquit, sicut sunt 7. dona Spiritus Sancti; 7. dies seculi, & 7. ætates, quibus completis finietur mundus. Hæc Gloss. & ex Hippocratis sententiâ 7. ætatis partes seu species statuuntur. Hic enim ætatem nostram per numerum septenarium (cui quidem Pythagorei perfectionem quandam inesse crediderunt) dividit, & ostendit singulo quoquo septenario aliquid in humanis corporibus mutari, indeque septimum quenque annum periculosum esse, qui Criticus ob id, sive judicialis atq; decretorius vocatur, quasi scilicet fatum ejus effugere aut declinare non possis. Certe ut morborum ita & ætatis humanæ certos esse dies, quasi fatales & decretorios, qui climacterici sive scalares dicuntur, quod anni illi velut gradus quidam sint & scalæ vitæ humanæ, quicq; septenariis atq; novenariis ferè definiuntur, apud Medicos & Philosophos in confessu est, de quibus eorum rationes, & adducta ab experientia quotidiana exempla nos dubitare nullatenus sinunt. *Vid. Henri. Ranzo. in pecul. suo libel. de annis climactericis.* Præcipuos autem annos climactericos, & quasi acutiores, & inde periculosiores faciunt quadragesimum nonum, qui constat septem septenariis: item sexagesimum tertium, qui constat novem septenariis. *Vide Guilielmum Stuckin Carolo M. redivivo Gell. lib. 15. c. 7.* Solonis ætatum mutaciones καθ' εβδομάδα *Vid. apud Clementem Alexand.* Σεωμάτ. Νόνο. 6. Ex horum autem opinione 7. sunt partes, sive gradus ætatis: infantia, ad 7. pueritia. 14. adolescentia 21. juventus 35. Virilitas 49. Senectus 56, & senium sive decrepitas, vel ætas decrepita, ad finem vitæ. Aliter Schneidw. in §. minorum. 4. 3. de Adopt. ubi & ipse septem ex jure enumerat ætates: infantiam: pupillarēm ætatem, pubertatem, plenam pubertatem, juventutem s. virilem ætatem, senectutem & senium *Vide pluribus Jacob Boissard. de Magia. c. 2. circa finem.* *Prospet.*

Profer. Parinacium de pœn. temperand. q. 92. per tot. Maerob. in somm.
scip. lib. 1. c. 6. ubi per numerum septenarium hominis ætatem parti-
tur.

Th. XI.

Sed nec desunt, qui decem faciunt hominis ætates, per nume-
rum tamen septenarium easdem distribuentes: Equorum numero
est Solon cuius Græcos versus Selneccerus optime vertit. Porro ha-
bemus ætatis divisionem decuplam rythmī Germanicis à vulgo da-
tam, qua per numerum denarium metiuntur, & tandem in anno æta-
tis 100. terminant, & finiunt. Quæ quidem ætatis divisio & termina-
cio juri communī consentanea est, quo homo ad 100. annum vivere
præsumitur l. fin. C. de SS. Eicles. l. 68. D. de Usufr. Rationem hujus
reddit Plin. lib. n. bīf. natur. c. 37. & Censorin. in lib. de die Natali. c. 14.
Unde si non sunt elapsi centum anni à die nativitatis hominis, forte
si de morte absentis dubium incidat, non mortuus quis, sed vivus
præsumitur. Jacob. Menoch. de præf. lib. 6. præf. 49. Alc. reg. 1. præf. 44.
Freher. de Fama: lib. 2. c. 2. n. 3. & 4. Ut & contra: probata ætate 100.
annorum, probata mors dicitur, d. l. fin. Straseas peripateticus duo-
decim vitæ partes fecit. Et hæc non sunt de lana caprinæ, ut sciamus.
Nulla enim est qualitas, quæ in rebus humanis majorem vim habeat,
quam temporis vicissitudo. Unde & per multa in jure nostro ex-
empla occurunt, in quibus mutatum jus propter temporis mutatam
rationem, & circumstantiam. Evenit non raro, ut quis ob ætatem in
delictis pœnam, vel prorsus sibi remitti, vel minui saltem & mitigari
petat. Sic Baptista Caccialupus in tract. de debitore suspect. vel fugitiu.
quest. prin. s. n. 6. dicit: Carcerorum ætates judicinoras esse debere,
quia leges non ita exactam custodiam in carcerato sene à custode
hieri velint, quam in juvenc. per l. s. iut certo. s. s. Sed an. 6. D. commod.
Add. cap. quoniam frequenter. Ut lite non contest: Exemplum itidem
habemus in l. non aliter 69. s. Titius 1. D. de leg. 3. & epist. Phalar. s.

Th. XII.

Hisce in antecessum generaliter de divisione ætatis præcogni-
tis, nobis ætas convenienter dividenda venit, in **Civilem &**
Canonicam (De hac aliò tempore seorsim disputationem
apud th̄m elaborabo) **Civilis rursus vel est legitima,**

B 2

sive

sive iusta: vel pupillaris sive minor. Et utramq;
subdividimus in veram & fictam. De quibus ordine
in sequentibus agemus.

Th. XIII.

Si causas ætatis legalis nostræ investigemus, in promptu se ul-
tero offert **Efficiens, nempe Lex ipsa.** Legitimum quippe
proprie id dicitur, quod vel LL. 12. tab. vel alia lege præscriptum, in-
ductumve est, uti ex jure nostro constat, vid. Val. Forst. de success. ab
intest. lib. 1. c. 17. n. 11. velut legitima uxor dicitur, quæ ex præscripto
legum in matrimonium venit. L. 4. D. de R. N. Et legitima nuptiæ,
quæ secundum leges Romanas sunt contractæ. §. 1. inst. de Nupt. Et
legitima verba, quæ lege aliquâ pro solennitate actus alicujus conce-
pta sunt: qualia sunt formularum, de quibus Briffonius integrum li-
brum conscripsit, & legitimum spatium, quod lege statutum est l. 14.
ut Gotbofr. in not. D. de serv. urb. præd. & legitima quâtitas, quæ lege de-
finita est l. 25. C. de donat. int. vir & ux. l. 27. & 34. C. de donat. & legi-
timæ usuræ, quæ legibus permisæ & concessæ sunt l. 7. §. 4. D. d. ad-
min. tut. & legitima tutela quæ LL. 12. tab. defertur. l. 1. & 3. D. de le-
git. tut. Et legitima hereditas quæ à lege obvenit. Et legitimus nu-
merus testium in testamento requisitus, qui lege inductus est l. 3. C. de
Edict. D. Had. tollendo & legitimus modus probandi testamentum va-
lidum vel invalidum. d. l. 3. & legitimè factum testamentum d. l. 3.
& legitimus actus l. 77. D. de R. J. Et multa alia legitima dicuntur quæ
à lege introducta, statuta, prolata, probata vel confirmata aut rata
justave habita sunt. Forst. d. c. 17. & d. lib. c. 18. ubi justum similiter expli-
cat, quod justitia & æquitati congruit. Sic justus dicitur dolor. l. 3. §. 3.
D. ad SC. Syllan. & justa cœla l. 3. C. de administ. tut. & justæ nuptiæ
pr. inst. de nupt.

Th. XIV.

Etas hæc legitima dicitur etiam in jure nostro iusta l. 16. D. de
jur. Fise. Et perfecta. l. fin. Q. de his qui ven. & stat. impetr. & idonea. cap.
§. 10. 9. de re script. in 6. & sufficiens, ibid. & major l. 1. & 2. C. de tempor.
in integr. restit. & impleta l. 1. C. si minor se major. dix. & matura, l. cum
filio 50. §. 6. D. de leg. 3. ubi Gleß. & propria d. l. & sua l. ex duobus 27.
D. de

D. de neg. gest. Semitur autem quandoque pro ea ætate, quam leges in aliqua causa vel actu specialiter requirunt arg. 1. 8. C. de condit. caus. dat. velut in nuptiis contrahendis ætas 14. annorum in masculis, & 12. in foeminis. l. 4. D. de rit. nupt. In finitione tutelæ vel curæ annorum 14. vel 25. inst. Q. M. T. V. C. F. In condendo testamento annorum 14. in maribus, in foeminis vero 12. l. 5. D. qui testam. fac. poss. In celebrandis manumissionibus jure Veteri annorum 20. medio 17. novissimo 14. l. 7. D. de manumiss. §. ult. inst. qui & à quib. manumiss. Nov. 119. c. 2. Sic olim Wenceslaus Imperator A. C. 1398. peculiari sua constitit: & rescripto cavit, ut omnes & singuli cives atque incolæ civitatum imperialium, & eorum filii si 14. ætatis annum contingant, imperatori, Sacroq; Romano Imperio, & civitati in qua habitant fidelitatis & homagii juramentum præstare tenerentur, & ita pro majoribus haberentur. Rescriptum imperatorium integrè refert & allegat Goldastus p. 2. Reichs Satzung p. 82. 83. Adde Hamburg. Stadt R. p. 1. tit. 2. art. 3. ubi maiores 12. annis in numerum civium recipi posse, cautum est. Jure Saxonico, utinotum, 21. vid. prolixè Reyger. in thesauro jur. in voc. ætas.

Th. XV.

Plerumq; autem dicitur ætas legitima, sive justa in jure nostro quæ 25. annorum spatio terminatur, l. 1. & 2. C. de temp. in integr. ref. l. fin. C. de his qui ven. etat. impetr. Ex quo loco notandum, etiam in dubio perfectam ætatem intelligi eam, quæ est annorum 25. Gothof. ibid. Et quidem naturaliter completos esse oportere hos annos, non sicut; hæc per principis indulgentiam, & impetrationem venia text. hic & in l. 1. & 2. C. si major fact. rat. hab. Job. Sichard. in l. exigend. 12. n. 15. C. de Procur. Et hæc 25. annorum ætas in multis juris nostri locis dicitur ætas plena, integra, perfecta, velut refert, Cujac. de divers. temp. præscript. c. 29. ubi multa singularia de eâ recenseret. Estq; hæc ætas maxime idonea ad sese obligandum submoto auxilio restitutio- nis in integrum Sichard. d. loc. Hæc ætas ad munera publica & civilia obeunda jam habilis est, & apta. Vid. Cic. de Senect. & Justum Felsium in comment. ad Tab. Cebetis lib. 5. §. cujusmodi. Unde & legitima hæc, sive perfecta ætas alibi in jure nostro vocatur status, quem Græci ἀνηψίη dicunt, l. cum pater. 77. §. curatoris 14. D. de leg. 2. quod scil.

25. annorum ætas crescendi finem faciat. Nam Hippocrates sentit
ætatem 25. annorum esse finem pubertatis. Unde & virilis vigor di-
citur in l. i. D. de minor: ad differentiam scil. vigoris pubensis, de quo
in l. 5. D. qui testam. fac. poss. Cuius ius in par. C. quand. dies legat. ced. &
qua ibi ex Hippocrate refert elegantia, vide. us & Andream Alciat. lib. 1.
cons. 5. n. 22.

Th. XVI.

An autem ut legitimæ, justæ, sive majoris & perfectæ ætatis
quis sit & dicatur absolutum & perfectum annorum numerum re-
quiremus? Hoc est, ut de momento ad momentum fiat computa-
tio? An v. dicemus sufficere, ultimum annum esse incepturn & in-
choatum? Quæstio sane hæc practicabilis est, & pulchra de qua vi-
deatur in l. 3. §. 3. D. de minor. Dionys. Gothofr. ubi hæc habet: Esse cer-
tos quosdam, casus, in quibus annum inchoatum esse, non sufficiat,
sed perfecte absolutum requiri, h. e. facta computatione de momen-
to ad momentum, in tatum quidem, ut si vel unica saltem dies restet,
minor annis, non major dicatur, ubi Gl. & Dd. ordin. veluti in Edicto de
Minor: 25. annis in integrum restitu: d. §. 3. item in l. Julia de Adulter.
Gothofr. ibid. in exc. tutela l. 74. in fin. D. ad SC. Trebell. & aliis quibus-
dam ab eodem ibidem relatis casibus. Secus autem in testamento
condendo, l. 5. D. qui testam. fac. poss. In manumissionibus. l. i. D. de
manumiss. In quibus annus inchoatus pro completo habetur. Sic &
in honoribus deferendis, atq; defungendis, non semper annorum re-
quisitorum numerum completum esse necesse est: cum L. L. Julia &
Papia Poppæ singuli anni per singulos liberos remittantur. l. 2. D. de
minor: Gothofr. d. loco latè & eleganter Alber. Gentil. h. quæst. tract. in
lib. 2. Advoc. Hispan. c. ult. adde Joh. Dauth. de testam in rub. Q. T. F. P.
n. 146 versic. cæterū dies ultimæ, ubi dicit attendendum esse, utrum tra-
ctetur de favore, valde odio. Et Bald. in l. à qua astate 5. D. qui testam.
fac. poss. Ubi agitur de beneficio inchoando, inquit, dies cæpta est pro
completa: aliud si de beneficio finiendo queratur: nam tunc com-
putatio sit de momento ad momentum. Vide plenè hanc quæst. tra-
ctantem Joh. Fab. in not. ad §. eadem leges 5. not. quib. ex caus. manum:
non lic. Villalob in commun. opin. in verbo annus, n. 102. Gl. in Clem. fin. de
aestate & qualitate. Francisc. Cure. Jun: Cons: 113. vol. 4. Et huius quidem
legitimæ

legitima. si justæ ætati hoc datum est privilegium, ut & ad honores, atque officia publica admittatur i. i. D. de muner. & honor. i. t. D. de Decur. Et sese ex quolibet contractu cum alio celebrato obligare possit, Sichard. in l. exigendi 12. n. 15. C. de procur. §. 2. ubi Dd. j. quib. alien lic. Nov. 115. c. 3. n. 13. ubi Gothof. in notis Appellationem, quam curator interposuit tempore minorenitatis, suo potest nomine exercere l. 10. C. de Appellat: pignus à tutore suo olim datum in rem suam confirmare, vel revocare potest. l. 7. C. si alien. res pign. dat. Conventio- nem pignoris nudo pacto solvit. l. 23. C. de pignor. & hypoth. Potest donare l. 8. C. de Don. ant. nupt. Et in lumma omnia recte firmiter, & obligatorie potest facere, quæ civibus Romanis prohibita interdicta- ve non sunt. Unde nec adversus contractus à se initos restituitur l. 5. ubi Dd. C. de in integr. restit. l. 2. & 3. C. si min. se major: dix. l. 2. C. si major fact. rat. hab. nisi certis quibusdam in casibus, de quibus in t. D. & C. quibus ex caus. maj. in integr. restit.

Th. XVII.

Movetur & alia quæstio: Si testator Titio relinquat legatum, vel fideicommissum, h. m. Si ad legitimam ætatem pervenerit? Quod in mirum tempus ætatis intellexerit, & ex quo tempore Legatum, vel fideicommissum debeatur? Respondet Anton. Gometz, lib. 1. var. resolut. c. 5. n. 28. Distinctione utens & dicit: Si legatarius vel fidei- commissarius erat impubes tempore facti testamenti, videtur reli- cillum in tempus pubertatis, quo sit jam pubes & adultus. Si v. tem- pore dispositionis erat jam pubes & adultus, videtur relictum in tem- pus legitimæ & perfectæ ætatis 25. annorum, quo possit bona sua per- se regere & gubernare. per text. in l. cum filio 50. D. de leg. 3. L. fin. D. de condit. & demonst.

Th. XVIII.

Ætatis justæ seu legitimæ opponitur ea, quæ imperfecta est, quam & minorem vocamus, i. t. D. de minor. l. 2. C. Qui ætatis vel profess. se excus. Et teneram. l. ii. in pr. D. de Decur. Et pupillarem l. 16. D. de jur. fisc. Opponitur ergo pupillaris ætas legitimæ ac justæ. Contraria itaq; juxta se posita magis eluecscunt. Sunt autem ætatis pupillaris par- tes tres Infancia scilicet, & ea pars quæ infantia proxima est, & tertia, quæ dicitur proxima pubertati §. 9. inst. de inutil. stipul. adde l. pupillum

iii. D.

*m. D. d. R. iur. De infantia scil. quod sit 7. annorum. vid. Agricolam
c. 3. p. m. 42. l. 18. C. de jur delib. Et de hoc quidem infante jure cau-
tum est, eum nullo modo, neq; naturaliter, neq; civiliter obligari pos-
se: quippe cuius nullus est intellectus, nullus consensus, & qui à fu-
rioso parum admodum distet, in tantum ut nec tunc autore eum
obligari placuerit. *Dicit S. pupillus vid. Donell. in l. 127. n. 7. D. de V.
Obl. Cujac. l. 1. D. de V. O. & in notis ad institutiones t. de inutil. stipul.
Cujac. lib. 6. obs. 21.**

Th. XIX.

*Quisverò infantiae atque pubertati proximus rectè dicatur, de
eo inter interpres juris maximopere hactenus disceptatum fuit.
Quid autem hac de re docuerit Accursius, & qui ejus opinionem
postmodum sunt amplexi, Bartol. Jason, Bald. Hostiensis, Innocent:
Baro, Hotoman. Cujac: Faber & alii, id latè & eleganter refert, Phi-
lippus Matthæi in d. l. ferè in omnibus 108. n. 32. & mult. seqq. D. de R. J.
adde Pacium in notis ad §. pupillus, Menoch. de arbitrariis judicium qua-
stionibus lib. 2. cent. 1. casu 57. n. 44. Et Didacum Covarruv. in part. 2. de ma-
trim. c. 5. n. 7. Vigilium Zuichem. in. §. testes n. 11. D. de testam. ordin. In-
fantiae autem proximum non male eum vocaveris, qui 7. ætatis an-
num jam excessit, d. l. si infanti ubi D. D. C. de jur. deliber. Unde & in-
fantia pars pueritiae dicitur. Cujac. in l. 2. D. de excusat.*

Th. XX.

*Et ex horum opinione habemus terminum ex quo. Ad quem
verò usque ætatis annum proximus infantiae dicatur, & quis in hac
questione terminus *Ad quem* de eo videndum. Proximus puberra-
ti autem tum demum aliquis sit, cum à pubertatis ingressu modico
tempore abest arg: l. properandum 13. § 3. C. de judic. ubi proximitas
si tempus spectatur semestri spatio definitur d. §. 2. in primis videatur
Gloss. Innocentii in cap. continuebatur 6. X. de despensat. impub. ubi dicit:
proximum pubertatis esse & rectè dici, qui per semestre tempus ac-
cedendo pubertati appropinquat. Vide Agricol. pag. m. 46.*

Th. XXI.

*Progrediendum dehinc ad ætatem fictam, velut cum natus fin-
gitur esse, qui revera natus non est, sed adhuc matris in alvo latet l. 7.
& 26. D. de stat. hom. ubi Bartol. Coras. & alii de quo latè vide Agricol.
c. 6. pag. 77.*

§. 6. pag. 77. per tot. Vele econtrario qui hoc tempore natus est, alio fin-
gitur tempore natus esse l. 25. §. 1. D. deliber. & postb. Vel quis ætatis
legitimæ & perfectæ habetur, quamvis minorenitatis metam nec-
dum sit egressus, quod in iis cernere licet, quibus ex legibus Julia &
Papia Poppæa in defungendis honoribus singuli anni per singulos
liberos remittuntur. Francisc. Bald. in comment. ad l. Pap. Poppæam.
Gothofr. ad l. 3. §. 3. D. de minor. Agricol. cap. 8. per tot: p. 91. usque 107.
aut quibus ex indulgentiâ Principis venia ætatis est concessa: s. t. C. de
biu qui ven. æt. impetr. Agricol. l. 9. per t. ap. 107. usq. 118. l. 10. C. de appell-
lat. Ætatis venia postulationem sic describit C. Harmenopulus lib. 1.
t. 12. n. 22. Γίνεται δὲ ἡ ἀιτησις τῆς συγγένωμης τῆς ἡλικίας, τοῖς μὲν
αιδράσιν διπλά ἐκοστά χρόνοις, ἔως ἐκοστά πέμπτοις. Τοῦ δὲ ηγέρειας, διπλά
ἕκτων καὶ δεκάτην, μεχρὶ δέκα χρόνων. αἰτεῖθεντοι βασιλέας ἀπάνων δύ-
τον καρετωρίσεις αἰτῶν, ὡς αὐτοὶ μόνοι τὸ ιδίων περιγράμματων ποιεῖσθαι
Φροντίδα διωνάλυμοι, ἵσταληψεως ἀγαθῆς δηλονότης μαρτυρεῖσθαι,
καὶ πλεινοῦσα δὲ μὲν τῷ τῷ ἀιτησιν περιτίθεσθαι τὸ πλείστων, δέ μέρι τῷ τῷ
χωρὶς δεκρέτω σκοπιζεῖν τὸ τὸ αὐτοῖς πεσομέντων. p. m. 91.
Adde Synopsis βασιλικῶν Leunclaj. lib. 10. p. m. 136.

Th. XXII.

Ut autem ficta rectius intelligatur, non abs re fuerit, de
Fictionibus juris quædam notatu digna præmittere, & videre, quid
scilicet Fictio sit? Unde originem habeat? Et in quem inducta sit
finem: An fictio juris ad impossibilia extendatur? Et quanta sit le-
gis vel Principis in ea inducenda potestas? Extra propositum
utique nostrum non erit, duas questiones celebres hic explicare:
Primò An & quatenus fictiones in statutis locum
habeant? Secundò An & quando fictiones ad si-
milia extendantur? Esse autem fictiones in jure nostro fre-
quenter utiles & pernecessarias, quinimo doctrinam de fictionibus
juris ejusq; materiam, tam esse profundam ut omnes pene juris par-
tes frequenter in eam incident, latè deduxit Bartholom. Agricol. in pe-
culiari tractatu de Fictionibus juris part. 1. c. 11. Unde & fictionem in
casu ficto tantum operari dicimus, quantum operatur veritas in ca-
su vero,

C

Universitäts
Bibliothek
Rostock

tu vero, *Johannes Pyrrhus de fictionibus*, *Ulric. Zaf. in §. item si quā vers. 3.*
just. de act. inquit: Hic est fructus fictionis non modicus, quod licet
figamus ea, quae non sunt, tamen habentur, ac si essent; & tantum
operatur ista falsitas, quantum posset operari ipsa veritas. Et hæc est
una miraculosa potentia Imperatoris, qui ex eo quod nihil est, facit
aliquid; ex non ente, ens creat. Hinc etiam à fictione desumptum
argumentum in jure nostro probabile, forte, frequens & utile dicitur,
Vigil. in Dialect. jur. sub loco de Atibus reg. 4. in tantum quidem, ut in-
tra fictionem nulla recipiatur probatio, cuius quidem manifesta est
ratio, quod scilicet fictiones juris contra ipsam veritatem ex proposito
& consulto, solius æquitatis naturalis & boni publici intuitu à lege in-
ducantur L. 19. in pr. ubi Dd: D. de capt. & postlim. revers.

Th. XXIII.

Definitur autem fictio, quod sit falsi prove-
to, æquitate suadente, à lege facta assumptio:
Cosaf. de arte jur. part. 3. c. 2. Quæ definitio exesse fictæ Politicæ ad-
aptari posset, nisi obstaret, quod non à lege, sed pravâ cujusque inten-
tione oriatur. Ratio fictionum inducendarum finalis, & compulsi-
va causa est æquitas naturalis, & bonum publicum, quod per multa
exempla *Barthol. Agricol. de Æstate in euntium officiis* c. 4. p. 51, 52, dedu-
cit, & in tract. de fictionibus part. 2. c. 1. & seqq.

Th. XXIV.

Horum occasione queritur ulterius: An fictio sive Lex fingen-
do contra naturam, & id, quod naturâ, vel Romano jure impossibile
est, valeat, & procedat? Negativam defendunt *Gl. in L. Gallus* 19. §.
frejus. 7. ubi & Bart. D. de liber. & posth. Gl. in l. 3. & ib. Bald. D. pro so-
tio. Tiraquel. in tract. cessante causa &c. part. 1. lib. 1. n. 75. Horum au-
tem sententiam non ita simpliciter subsistere posse, patet ex exemplis
& rationibus. Exemplum habemus in l. 1. §. 2. D. ad l. Aquil. ubi
servus à duobus ex diversa causa, & diversis quoq; temporibus atque
vicibus & ita sèpius, quam semel, occisus fingitur, idque ob commu-
nem utilitatem & æquitatem (cujus quidem ratione multa in jure
contrarationem disputantur) receptum esse, Julianus ibidem dicit,
ubi & aliud exemplum, de trabe in furantibus assert. Et porro in l. 26. ff.
de statu

de statu hom. ubi foetus in utero matris, adhuc existens, etiam ante illud
tempus, quo vitalis incipit esse, pro nato & vivo habetur. Et alia sexcenta
ex materia seu jure postliminii: Itemq; L. Cornelia, quae de captivo-
rum testamentis lata ast, adduci possent, que vide in tract: Agricola
de Fictionibus. p. 2. Quare notum est, in Fictionibus consideran-
dam non esse, an fieri per naturam potuerit, aut possit, quod lex indu-
xit; sed an causa subsit iusta & probata, ob quam lex fingendo contra
naturam, & cursum communem, veritate spretâ & rejectâ falsum in-
ducat? Causa est æquitas naturalis, uti supradictum, & bonum publi-
cum. Vid. l. servitutes 20. §. 2. D. servit. urb. præd. Ubi: vide apud Agri-
colam c. 4. p. 55. & seqq.

Thes. XXV.

Venimus jam ad illam Q. de quâ Th. 22. mentio facta: An ergo Lex vel princeps pro libitu omnia fingere, indistinctè possit quæ vult? an v. & quatenus po-
testas illa fictione inducendi restringatur? Prius
A. Menoch de præsumpt. l. 1. q 7. n. 31. & seqq. Nos dicimus absolutâ &
aviso euđuoy Principis potestatem ubiq; hactenus restringendam, ut
scilicet fictionem inducere non possit, nisi æquitas subsit, & utilitas
publica. Adde L. 25. D. de LL.

Thes. XXVI.

An sub statuto de legitimâ ætate loquente comprehendatur
factam ætatem habens? N. Bart. in L. si is qui proemptore. 15. n. 33. ubi
& Jason. D. de ll. suc ap. Paul. de Cœf. cons. 164. n. 2. p. 1. Cujus qui-
dem aperta est ratio, quoniam verba statutorum proprie debent in-
telligi L. 3. §. hæc verba 6. D. de Neg. gest. in strictâ & propriâ significa-
tione. L. fin. C. de his q. ven. ætate. impetr. si non ex proprietate ser-
monis, lane per interpretationem extensiyam p. L. 56. § 4. D. de furt.
Tutores & curatores pro dominis haberi. Vid. Agric. de ficti p. 2. & de
ætate in eunt: offic. c. 5. p. 75. Quæritur ulterius: An scilicet statuto
excludente foeminas à successione feudi, exstantibus masculis, com-
prehendantur legitimati vel adoptivi? Sane communis & invete-
rata D. D. opinio est, legitimatos per subsequens matrimonium sub

C 2

gali

tali statuto contineri, eos vero qui per rescriptum, vel oblationem curiæ legitimati sunt, excludi, velut Feudistæ ferè omnes in §. *naturales lib. 2. Feud. t. 26.* unanimiter tradunt, contrarium defendit *Agricola* c. 5. p. 73. addo etiam *L. 4. C. de hū q. ven.* et *stat. impetr.*

Thef. XXVII.

Ratione *Th. 21.* De eo, qui ætatis cursu absoluto fatis concessis, in vivis superesse singitur agendum. Et è contrario qui vivit, creditur esse mortuus. Receptum jure priico, ut mortuus pro salute publicâ, perpetuo vivere credatur *L. bello 18. D. de excusat. tut. l. fin. D. de vacat. muneri. §. 1. inst. de excus. tut. ubi D. D. ordinarie*, *Linus & reliqui de quo ulterius vide Agr. c. 7. ap. 83. usq. 88.* E contrario, quidam licet revera vivant, propter scelera tua & commissa delicta sententur & habentur pro mortuis. *Velut* sunt deportati, si relegati, cujus fictionis sunt quatuor Effectus, quos ulterius *vid. ap. 88. usq. 91.*

Thef. XXVIII.

Subjectum ætatis potro considerandum, i. e. quæ nam perso-
na ætatis beneficio, & in Civilibus & Criminalibus causis, h. e. tam in
contractibus, quam in delictis se tueantur, atq; defendant *Conrad. Lagus in meth. jur. Civ. part. 2. c. 20. n. 1. 2. inquit.* sunt aliae differentiae
personarum, propter quas alius alii nonnunquam præfertur, & meli-
oris juris esse censetur, cujusmodi sunt commendationes, quas lexus,
ætas, natales, ordo, mores, studia singulorum merentur, huncq; illi
conciliant favorem, ut in plerisq; casibus mitius cum illis agendum
censeant leges, quam cum reliquis, qui illis commendationibus ca-
rent. Hinc *Paulus JC. in L. ferè 108. D. de R. J.* Ferè in omnibus pœna-
libus iudicis & ætati & imprudentia succurritur, *& Ulp. in L. 1. D. de*
minor. & Callist: L. 5. D. de jut. immunit.

Thef. XXIX.

In Civilibus itaq; infans nullo modo, nullo jure obligari po-
test, atq; ita perpetuo ætatis beneficio tutus & securus est. Hujus
enim nec intellectus est, nec consensus: Et ita à furioso nihil, vel pa-
rum distat. Non habet affectum *L. 26. C. de Donat.* comparatur cum
absente *L. 7. C. ad SC. Trebell.* & huic non multum absimilis est is, quem
proximum infantia dicimus, h. e. qui major quidem est infante, sed
ab infancia nonlonge recessit *§. pupillus 9. Inst. de inut. stipul.* Hic
alios

alios sibi obligare, aliis autem non obligari potest. Verum, An & quantum contrahendo aliis obligetur, non levis est inter interpres iuris dissensio, quos relatos vide apud Agricolam c. 10. & p. 119. usq. ad 125. Exceptiones etiam ibidem vide & p. 125, 126. ut & de quæstione: An videlicet minori 25. annis circumscripsi & lælo in administratione rei alienæ possit & debeat dari restitutio in integrum? p. 127. Ventilatur & p. 128. alia quæstio, An. Doctor vel Advocatus minor 25. annorum inter patrocinandum in jure lapsus in integrum restitui debeat? quod negatur. Sic & in prælatione ratione pignoris, vel crediti ætatis beneficio utuntur minores, utilatè deduxit, Michael Beuterius de privilegiis vel prælationi. part. i. c. i. De se ipsum venundari passo, qui 20. annos excessit, & non restituitur, omnem superat iniquitatem. Sed mutatum Nov. Leon. 59. Quinimò & in interponendâ pro alio fide suâ minores 25. annorum excusantur, l. de die 8. D. qui satisd. cog. Anton. Hering. de fidei juss. c. 7. n. 85. Qin & à juramentis præstandis, & sponsionum vinculis removentur, quod & ad juramentum fidelitatis extendit, Gulielmus Benedictus in c. Rajnatiis 16. in versic. adjecto impuberi. n. 4. Extra testamētū adde aucth. sacramentum puberum C. s. aduersus vendit. & ibi Bartol. Bald. Cast. Jason. & Sichardus, in primis Imbertus de Bovenco, qui singularem & integrum tractatum ad eam scripsit. Adde Homer lib. 3. Iliados, ubi Menelaus cum Paride congressurus, ipsum Priamum exclusis ejus filiis, utpote junioribus, postulat. Pupillus tutorem non habens in ius sive iudicium vocari non potest. L. neg. impuberes. 22. D. de in ius voc. l. acta 45. L. contra pupill. 4. D. de re judic. l. i. C. Quæ legitim. person. stand. in judic.

Thes. XXX.

In oneribus ferendis ac defungendis officiis atq; muneribus publicis ætati nonnunquam parcitur. Conradus Lagus in methodo iuri p. 6. c. 8. n. 15. ait: Omnis immunitas à civilibus muneribus aut debetur ex aliquâ legitima causa, aut ex mero favore præsidentis. Legitimæ causæ immunitatis sunt: ætas, sexus, debilitas, numerus liberorum, paupertas, conditio, ordo, dignitas, religio, absentia Rei publ-causa, & remuneratio officiorum Reipubl. præsitorum. Unde & à tutelæ, curæ onere 25. annis minores perpetuo turi sunt, nec excusatione hâc in parte opus habent. §. 7. Inst. qui testam. ius. dat. possit. 31. Q 3 D. 200.

D. eod. Et vocati ad Decurionatum, ipso iure excusantur, etiam si
ne appellatione. l. 6 & 11. D. de Decurion. l. 2. D. de Vacat. muner.
l. 2. D. de jur. immun. l. 2. D. de R. f. Maximè si paternon consentiat.
l. 8. C. quando provoc. non est nec: Et in genere 25. annis mino-
res habere vacationem munerum aperte docet. Ulp. l. 8. D. de mun.
& honor.

Thes. XXXI.

Sed & senes in obeundis muneribus atq; oneribus publicis æta-
tis beneficio gaudent. Nam majores 50. vel 70. annis à Civilibus
& personalibus muneribus exculari rescriptum est, l. un. C. qui atat.
se excus. l. ult. C. qui atat vel profess. §. 13. Inst. de excus. tutor. l. 2. D.
eod. ubi Cuiac. adde l. 10. C. de Decur. l. 3. D. de jure immun. In censem-
dis quoq; i.e. censu aut tributi professione, exsolutioneq; ætatis ra-
tio habita fuit. Nam quibusdam ætas tribuit, ne tributo oneraren-
tur l. 3. D. de Censib. quod & constat ex veteri Lege Censoria, quam
Cic. lib. 3. de L. L. allegat. Censores inquit, populi Romani ævitates,
soboles, familias, pecuniasve censento. Hodie censuram duplensem
habemus: Unam vitæ ac morum: Alteram fortunarum seu faculta-
tum: Illa collegio sacro s. ministerio demandata est: Hæc Politicis,
qui juxta cuiusq; bona, ac facultates tributum populo imponunt,
nulla habitæ ratione, quandoq; ætatis, sed rem ex bonis æstimando,
unde realis potius, quam personalis hæc censitio seu Censura vocan-
da l. 1. & passim. C. de munerib. patrimon. ubi Gl. & D. D.

Thes. XXXII.

Est & maximum ætatis beneficium, quo & pueri, & pueri-
tæ proximi & senes ipso jure terti & defensi esse debeat, quamvis
id hodie raro observetur. Ecquod vero illud? Bellicum sive
militare; imo victoriosum, quo scil. in bellis, expugnationibus, atq;
direptionibus urbium, huic ætati parcitur, maximæ & æternæ cum vi-
ctoris laude & gloriæ. Albericus Gentilis lib. 2. de jur. bell. c. 21.

Th. XXXIII.

Vidimus hæc tenus privilegium in Civilibus: ordo monet, ut
idem excutiamus etiam in Criminalibus & videamus, quatenus in
delictis privilegium ætatis locum habeat, quod satis appetat impri-
mis ex L. 12. tab. in titulo de injur. aliq; delictis ubi legitur.

Ne

Nefrugem aratro quæstam nocte furtim depascunt.
Puberes si secant, Cereri eos suspendunt.

Impuberes arbitrati Prætoris verberant: ac nox am-
duplionem de cernunt. Addit. l. 12. de furt. l. 22. Tab. & ibi Olden-
dorp. Impuberes intelliguntur, si doli capaces sint l. 9. §. 2. D. de mi-
nor. l. 5. §. 2. D. ad l. Aquil. l. 14. D. ad SC. Silan. l. 23. D. de furt. l. 11. D.
de R. J. Paulus JC. in l. ferè 108. de R. J. Generalem hanc regulam con-
stituit: Ferè in omnibus pœnibus judiciis, & ætati, & impruden-
tia sive curritur. Quæ regula tamen non est universalis, quod patet
ex l. 9. §. nunc videndum 2. D. de minor & l. 36. D. ad l. Jul. de Adult. quæ
autem sint pœnalia judicia sive pœnales actiones, repetendū ex §. pœna-
les 12. inst. de act. & ibi alleg: D. D. & interpret. Memorabile exemplum
ubi nequitia ætatem supplevit suppeditat, Elianus lib. 5. var. hist. &
Maranta p. 4. dist. 1. n. 84. in genere quis doli capax eleganter explicat
Menoch. de arbitrar. judic. q. lib. 2. cas. 57. n. 41. Et alias ab Imp. Severo
& Antonio in l. 1. C. si advers. delict. d. l. auxilium D. de minor. Quid
enim inquit Ulp. in l. 20. D. d. t. commune habet delictum cum venia
ætatis? Nostris quoque temporibus comperimus, quod in iis pueri
nequiores sunt, & vitii nō magis dediti, quam præcis fuerant temporibus
in quos convenit illud Mart. lib. 1. Epigr. 3.

Majores nusquam rhonchi: juvenesq; senesq;

Et pueri nusquam Rhinocerotis habent.

Quæritur h. l. An hoc beneficium minorandi pœ-
nas juris sit, h. c. ita à jure concessum, ut judex
necessariò teneatur & cogatur semper habere
respectum ætatis minorenis, & pœnam minu-
ere; an vero ejus hac in re liberum sit arbitrium?
Quæstio hæc est, ut nostri loquuntur Sabbatina, & maximi momenti,
quam in utramq; partem disputatam & decisam nobis exhibet Maranta
ta p. 4. dist. 1. n. 85. An autem contra delicti confessionem in judicio
factam restituendus sit? A. Dd. negatur. Quid de aliis, & paulo
grandioribus ætatis partibus, pupillari videlicet, ipsa adolescentiæ
& senio dicendum? Vide apud Jac. Menoch. de arbitr. quæst. l. 2. cent. 4.

cap. 329.

cap. 329. *Agricola*. c. II. p. 147. In genere sciendum est communem esse Doctorum conclusionem, quod impubes major infante, & minor 25. annis, licet ratione aetatis a poena non omnino excusat, tamen ordinari delicti poena non sit afficiendus, ideoque mitius puniendus.

Th. XXXIV.

Quaritur: An, ut in supplicio, s. poena infligenda aetati parcitur; ita & in quæstione s. torturæ ejusdem ratio habenda sit? *AexL*. I. §. *impuberi* 33. *D. ad SC. sylan.* quod & repetitur in *L. 10. D. de quest.* & *L. 15. §. 1. D. d. t.* Quis modus autem adhibendus ratione aetatis in torturâ late & eleganter docet *Zanger in tr. de quæstion. s. torturæ* c. I. n. 33. *Farin. in prax. crimi lib. I. t. 1. de judicio & tortura* q. 41. n. 16. & seqq. de carceribus & carceratione, *Nicolaus Boërius Decis.* 217. n. 10. Tandem notum sit, Imp. Romanos nonnunquam in infligendis poenis rationem aetatis habuisse singularem. Vide *Procop. lib. I. de bello Persico*, ubi *Justin. Hypatii, Pompeijq; majestatis criminis damnatorum liberos, in paterna bona, dignitatemque restituit*. Sic *Claudia crimen incesti propter aetatem ab Imp. remissum est. L. 38. §. 4. D. ad L. Jul. de adulst. I. 4. C. de incest.* Addantur textus *Juris Canonici*. *Gregorius Papa in c. fin. X. de sentent. excom. c. 1. & 2. X. de delict. pueror.* Quomodo *Claudius famosum juvenem moneat, aut parcias, aut cautius, vide apud Sueton. in vita Claudi: & invitâ Neroni* è contrario exemplum improbatæ sævitiae in privigno Ruffino. Videamq; præterea; Utrum dispositio s. privilegiū *L. 2 C. si advers. delict. Sexui competat, an aetati?* Resp. cum *Raphael Fulgosio consil. 52. q. 1.* non sexui, sed aetati datum, & consequenter masculos non minus, quam feminas minores hoc privilegio gaudere. Exemplum de *Basano Rege non parcente filio, ut juveni Sedano, referunt Trithemius, & Goldast. in constitut. imperial. tom. I. fol. 2. sub legibus Basani, plura refert Agricola p. 152. & seqq.*

Thes. XXXV.

Spatium autem illud, quod nobis formam statuit, uti recte sciatur, de aetatis probacione

tione agendum restat, per quem, quando, & quomodo probetur? Cum enim ætas sic quid incertum, & quotidie fugiat, quotidie mutetur, teste Menach. de præsumpt. lib. 2. præf. 50. n. 54. vel, ut Cic. loquitur, volet; & hinc facti esse dicatur, teste Joseph Mascardo de probat. Vol. 2. conclus. 665. unde probandum eam esse, nec præsumi, unanimi juris consensu ab interpretibus traditum est. Quæ enim facti sunt, de his in generè constitutum legim⁹, quod non præsumantur, sed allegata probari debeant. text in e. cum in jure X. de offici judic. deleg. c. 1. de constit. in sexto l. in bello 12. §. facti. 2.D. de capti. & postlim. reversi. l. affveratio 10. C. de non num. pec l. 1. C. de probat. Vult. Consil. Marp. vol. 1. cons. 15. n. 252. & aliis, quos Agricola c. 12. allegat. p. 156. Quis ergo ætatem probare tencatur, hic non extra ordinem querimus? Resp. Eum qui ætatem allegat, vel in eâ se fundat agendo, vel excipendo, eandem probare tenere, ex jure constat. L. si. minorem 4. ubi Sichard. n. 1. C. de in integr. restit. l. de ætate 43. ff. de minor. l. cū te minorem 9. ubi Sich. n. 1. C. de probat. latissime Mascard. Vol. 2. de probat. Cons. 666. p. totum exemplis illustrat & confirmat. Quinimo plenariè ac dilucidis probationibus ætas probanda est per allegatos à D. Agricola pag. 157. sunt autem ætatis probandi modi varii. Et quidem

I. Ætas per aspectum sive inspectionem corporis probari potest: Bart. in l. de ætate D. de minor. quo spectat illud juvenal. facies tua computat annos. Fit a. h. m. ut si de ætate hominis dubium sit, ille judici, vel cuius iudex causam illam commiserit, præsentetur ac sistatur, ut illum videat, & ex aspectu corporis judicium desumat. Decisio Rotæ. 14. quo facto per interlocutoriam definit aliquem esse minorem, vel majorem. l. minor. 18. D. de minor. Contra quam tamen interlocutoriam probatio in contrarium admittitur l. si minorem 4. ubi Salicet. & Sichard. n. 6. C. de in integr. restit adde Mascard. concl. 667 de jure Saxonico quid obtainuerit vid. Sächsisch Landrecht lib. 1. art. 42.

II. Alter modus probandæ ætatis per testes fit text. expressus in l. omnes 2. C. de his qui ven. et at. impeir. Quorum in numero obstetrics, domestici, agnati, consanguinei, vicini, Mascard. vol. 2. concl. 668. n. 1. & seqq. imo & conjunctissime personæ admittuntur, quales sunt

D

avus

avus, avia, Pater & Mater. *Item* 16. ubi *Gl.* & *Dd.* *D.* de probat. *I.* parentes *6.* *C.* de testib. Notandum testes singulares etiam fidem facere, ut & minus idoneos, ac de credulitate deponentes audiri & admitti, *velut*. *Mascard.* *d. con.* 668. *n. 21.* & seqq. deduxit, ratio est, ne probationum facultas restringatur *I.* *defensionis facultas C. de jur. fist.* *vid. Meichsnerum* in *decis. Camer.* *tom. 4.* *dec. 36.* *n. 19.* ubi de die, hora atque ipso aede momento nativitatis deponere debent: maxime ubi de in integrum restituenda minore agitur.

III. Probatur ætas per scripturam privatam parentum, *Bart.* in *L. de ætate 43.* *D. de Minor.* *Masc.* de probat. *vol. 2.* *conc. 669.* *n. 1.* & seqq. *Gilmann.* in *Syphorem.* *tom. 1.* *part. I.* *tit. 8.* *vol. 7.* *n. 33.* *p. L.* etiam *ma-*
trus D. de probat.

IV. Probatur ætas per instrumenta seu scripturas publicas, quales sunt Natales *C.* Natalitie nuptiarum vel matrimonii, vulgo Geburts Brieff *L.* neq. natales *go. l.* non epistola 13. *C. de probat. l. 2. ff.* de excusat. tut. *Bald.* in *L.* *omnes C. de his qui ven. etat. impet.* *Bart.* in *L. de ætate Masc.* *conc. 670.* *n. 1.* ubi hanc reddit rationem, quod regula juris indubitata: per instrumenta probari posse omnia, que per testes possent probari. Eandem enim vim habere instrumenta, & testes patet ex *L. in exercendis 15.* ubi *Gl.* & *Dd.* *C. de fid. instrum.* *L. pacta C.* de pact.

V. Probatur ætas per librum publicum, *C.* annotationem officialis vel Magistratus. *Mascard.* *conc. 671.* *n. 10.* uti sunt protocolla *y. 1. 10.* *C. si min. se major. text. expr.* in *L. 29.* *§. I.* *D. de probat.*

VI. Per librum *C.* matriculam plebani, aut parochi, vulgo titulam Tauffbuch ætas probatur. *Mascard.* *vol. 2.* *conc. 662.* *n. 1.* *Petrus Rebuff.* in *tract. de regeſt. C. libris baptism.* *n. 7.*

VII. Probarur etiam ætas per confessionem partis. Hæc enim optima dicitur esse probationum forma *Abbas in rubri. X. de probat.* *Mascard.* *vol. 2.* *conc. 673.* *n. 1.* & *n. seqq.*

VIII. Poterit & ætas probari per instrumentum tutelæ, vel cuius, de quo modo latè tractat *Mascard.* *vol. 2.* *conc. 674.*

IX. Per judicia & conjecturas. *Masc.* *d. vol. 2.* *conc. 675.*

X. Per acta publica, sive per Sententiam super ea latam. *Masc.* *d. vol. conc. 676.*

XI. Pro-

XI. Probatur ætas per designationem 1. specificationem certi alicujus temporis *Masc. concl. 678.* Veluti si testes dicant. Titium esse natum eo die quo Rex Romanorum creatus est; vel quo rustici seditiones cæsi sunt, vel aliud aliquid singulare & notatu dignum accidit. *Vide Agricolam pluribus hæc per sequentem c. 12. per tot. p. 165, 166. & seqq. cum rito c. 13. à p. 169. ubi & recensentur senectutis privilegia p. 180. & seqq. pro qua ætate quis senex censeri ac dici debeat? p. 194. ubi addit Cuiac. in. L. 2. C. de Excus. ubi tres facit senectutis partes 1. ἡμογέρων. 2. γερόντων. 3. ἡμέρων. Hæbet ibidem etiam quomodo hodie in Camerâ Imperiali Senium computetur ex Ruti. Roland. de Commiss. p. 2. l. 1. c. 6.*

Th. XXXVI.

Et hucusque ætatis probandæ rationes examinavimus. Sequitur nunc ætas Politicorum & secularium pluribus. Notum & ex superioribus quod regulariter ante 25. ætatis annum, nemo ad honores s. Magistratum admittendus sit. *Cic. Philp. s. l. 8. D. de Muner: & honor. l. 6. §. 1. D. de Decurion. L. 11. D. eod. L. 2. D. de vacat. mun. Convenit tamen quandoque monet, Ulp. l. 2. §. 1. D. de jure immun. vid. Harmen. lib. 1. 4. & 7. & l. 34. §. 1. D. de jure jar. ubi etiam solet quæri: An furor superveniens Magistratum alicui abroget? quod Neg. in l. 46. D. de judiciis. & l. 39. ibid. l. 20. D. de stat. hom. *Agricol. p. 368. & seqq.* sic è contrario electio veterani ad munus personale eadem ratione non tenet, sed ipso jure infirmatur. *L. 9. C. quand. prov. non est necess. ubi Cl. ordinaria in verbo vicesima stipendia, id privilegium extendit, & explicat in doctore per 20. annos professionis munere defuncto, quod sit ipso jure à muneribus personalibus liber & exemptus. Matthesianus in l. 3. n. 1. C. quand. prov. non est necess. in arduis tamet negotiis eorum non facile spreta consilia, sed ubiq; in honore & existimatione summâ atque consideratione habitatunt, velut, quæ longo terum usu sunt comparata, plerumque reipub. utiliora aliis esse soleant. Exemplum Appii Claudii refert *Corasius lib. 4. miscell. juris. c. 21.* De ætate Quæsturæ. v. *Cic. in Verrem. l. 1. §. 1. D. de offic. Quæstor. Taxis. lib. 16. Annalium.* De ædilitate. *Agricola. p. 638.* De Præturiâ. p. 640. De Tribunatu plebis. p. 641. De Dictaturâ. p. 642. De Ætate Senatoris s. Consiliatorum principis p. 717. & seqq. De Ætate Legati.**

c. 42. p. m. 730. & seqq. & disp. m. quam olim 1644. habui Lipsia. De
Æstate militum c. 43. p. 739. Et utrum miles Doctori; An vero Do-
ctor militi preferendus? quam questionem in utramq; partem tra-
stat, Bartolom. Chassanæ in Catal. gloria mundi p. 9. confid. 1. Tandem
περὶ ἀλικας τὸν λαμβανόνταν ὁ φίλικα: i. e. De Æstate in euntium
officia extat Διοκλεῖς Αλεξίς Κομιηνός, ex quā Agricola totum pro-
cul dubio suum formavit tractatum, quam huc transcribere me
non pigebit, verba hæc sunt: ὅπερ ἡ χάριν τὸν λαμβανόνταν ὁ φί-
λικα η ἀξιώματα ἀπλῶν, κατέρρωπον εἰς τὸ δημοσιακὸν σέμερεν περί-
εστηγμοῦ ἀστομέτρειν βασιλέως κυρίου Αλεξίου Κομιηνού, γίγνοσκε καὶ
τέτο, ἔχον γέτως καὶ ῥῆμα.

Πολλοὶ τεσσαργύρειαις ὁ φίλειας τὸ δημοσίεινα, η αἰτε-
μένοι καὶ φιλολειαί λαβεῖν, η αἰτιαλάξει, η παλησμα ἀξιωματοιον-
δηποτε, η ὁ φίλικον, μεταβιβάζειτεντεί εἰς παῖδας μικρούς. ἵνα τοῦ
μὴ τέτο γίνηται, μηδὲ δοκῶσι φενακίζειν η ἀπατᾶν εἰς τις τοι, διορί-
ζεται η βασιλεία με, ἵνα, διὰ λαβὴ ἀξιωμα, η ὁ φίλικον. ἐπειδὴ
τεσσαργύρεια, ἐπειδὴ διδένοισαν ἵνα, ἐπειδὴ ἐναλλαγὴν, ἐπειδὴ διαρεαν
η φιλοποιιαν τῆς βασιλείας με, η ψυχὴν αὐτῆς, μὴ δέχεσθαι
περίστων τὸ ιμιώδην ἐλαῖον τὸ ἔικοσι γρείνων ἀλλὰ πάντες εἰς Διο-
κλέος αὐτὰς αἰπάς η ἀξιωμα η ὁ φίλικον λαμβάνοντες, ἐνωσαν με-
ζους τὸ ἔικοσι γρείνων. ὅπερ ἡ η βασιλεία με τὸ Διοκλείτην αἰπάν,
ἀλλὰ ἀμέσως ιμιώση ἵνα, η διωρήσονται ὁ φίλικον ἵνα, καὶν ἐλάπιαν τὸ
τὸ ἔικοσι γρείνων ὁ ιμιώδημον, καὶλατρωνυμέθω γέτως αἰνιγματιβόλως.
καὶλατρωδήτω γένετο τὸ παῖδον τηνάκιον εἰς τοῖς τὸ ὑψόνημας σειρέτεων
χαρτοιος, εἰς δήλωσιν τῆς τεσσαρεως καὶ δικονομίας τῆς βασιλείας
με, ὡς ἀ. γέτως τεσσαρεργῆται διπλὸν τὸν καὶ πέπλον τὸ ἐμπειραθεν. ὁ φίλειδ
ἡ τεσσαρειδημα εἰς τὸ πηνάκιον τὸ ἀμέσως ιμιωμάτης, τὸ κατατρωδήτω.
μὴ κωλυομέθη δέσποτης τῆς γεγονής τεσσαρεως τῷ δέσποτης τῆς βασιλείας
με τὸν τὸ ιμιωμάτην ἐλαῖον τὸ ἔικοσι γέτων. καὶ γένεται γνάχοσμα
τὸ τὸ τὸ ἀμέσως, ὡς εἴρηται, ιμιωμάτων, ὡς εἰς ἐδήσθε τέτο γνομόμητης
τῆς βασιλείας με. Τῷ μηνὶ ιανουαρίῳ Σπιναγονήσεων εἰς, Διοκλέ τῆς
βασιλείας.

Βασιλεως? Hujus Constitutionis versionem Latinam vide apud Eni-
mundum Bonefidiū in Jure Orientali p. m. 28.

Th. XXXVII.

Restat tandem ut de ætate Doctorum & Professorum paucis
dispiciamus. Romani olim adolescentes anno ætatis 17. comple-
to togampuerilem, prætextam & bullam auream deponebant, & su-
mabant virilem togam, atque in forum producebantur, & prodi-
bant. vid. Gell. lib. 10. c. 28. Sueton. in Augusto. Unde Dd. nostri com-
muni vox statuunt: ætatis anno decimo septimo transacto, Docto-
rem creari posse. Menoch. de arbitrar. jud. quæst. lib. 2. cent. 5. cas. 427.
n. 18. Benedictus in repetitione cap. Raynulius 16. in verbo adjetio impuberi
n. 11. & 16. X. de testament. annum ætatis 18. requirit, & exemplo con-
firmat suam opinionem Cerneti filii Accursi: Minor inquit 18. anno
rum Doctorari non posset, per jura supra dicta, quod Cernoto filio
Domini Accursii volenti ad Doctoratum promoveri opponebatur,
quod erat minor 18. annorum, & sic non poterat esse Doctor, cui ac-
cedit. Rutg. Ruland. de Commissar. p. 1. lib. 1. c. 12. Nerva autem fi-
lius anno ætatis 17. publicè de jure respondit. l. 1. §. 3. D. de postul. Cel-
sus nostrorum J. Ctorum non insinus, ætate adolescens jura interpre-
tatus legitur l. si servum 91. §. sequitur 3. D. de V. obl. Papinianus, qui
à Justiniano hinc inde extollitur, mortuus est juvenis, anno scil. æta-
tis 37, ut refert Socinus in l. cum avus. 102. Coll. 1. D. de condit. & de-
monst. Baldus de Ubaldis anno ætatis 17. publicè de jure respondit,
& L. centum capuæ 8. D. de eo quod cert. loc. dari oport. explicavit. An-
gelus de Ubaldis, frater Baldi, anno ætatis 23. Doctoratus insignis
ornatus, jura professus est. Bartolus de Saxoferrato annum agens 21
Bononiæ summa eum laude de jure respondit, & insignia Doctoratus
consecutus statim eodem anno Tudeti assessoris officio in Criminali-
bus functus est. Ætatis vero anno vigesimo quinto Pisas, ut jura pro-
fiteretur accersitus est. Ante 30. ætatis annum itidem mortuus est,
referente Fortunato Garzia in l. 7. §. quinimono. 61. ff. de past. Guilielmus
Durandus, qui alias Speculator dicitur, similiter 30. vix egressus an-
num juvenis mortuus est. Eodem modo vix 30. annos explevit
Ludovicus Romanus Pontanus. Philippus Decius anno ætatis vigesi-
mo secundo Doctoratus insignia accepit, & jura professus est.

D 3

Ferste-

Forsterius in *Vita Professorum*: *Agricola* pag. 783. ubi & p. 759. docet, quod, ante 25. annum nemo ex Academiis avocandus sit, l. 1. C. qui etat. se excusar. Professorum etas eadem, quæ Doctorum. Ex Doctoribus enim Professores eliguntur *Valent.* *Forst.* lib. 3. *Juris Civilis* c. 3. n. 43.

Thes. XXXVIII.

Illustres fieri Professores, qui per 20. annos publicè docuerunt, *Bart.* docet, in *Procœmio Digestorum* n. 5. & in l. pen. C. de *testam.* *milit.* *Din.* l. 4. C. de *Professor.* qui in urbe *Constantinop.* Ubi *Theodosius* & *Valentin.* impp. ita scribunt. Grammaticos tam Græcos, quam Latinos, Sophistas, & juris peritos, in hac Regiâ urbe professionem suam exercentes, & inter statutos connumeratos, silaudabilem inter se bonis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamq; differendi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo judicante digni fuerint estimati: cum ad 20. annos observatione jugi ac sedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his, qui sunt ex vicaria dignitate, connumerari. *adde Menoch.* de *arbitrariis* *judicium* *questio-* lib. 2. cens. 1. cons. 68. n. 43. & seqq. Nobiles simpliciter dicuntur etiam Doctores, & nobilium privilegiis gaudent. *Tiraquell.* de *nobili-* *tate* c. 5. pari cum ipsis habitu & vestitu uti possunt. *per Recessus impe-* *rii nostri.* *Augustæ Vindelicorum* *habitos.* 1530. p. m. 217. & 1548. p. m. 369. §. *Utrobiq; von Doctoren.* De etate Medicorum, *vide Angelum in l. 1.* §. *pueritiam* 3. D. de *postul.* Ubi Medicum ab ægrotto vocandum se- nema non juvenem. Non est inquit confidendum de Medico novello, qui est occisor parentum: nec de novo Advocato, quia est litium confusor. *Speckhan latè hæc* *prosequitur* cens. 1. g. 13. *Agricola* pag. 761. De Etate Advocati p. 763. Procuratoris. Notarii, Rectoris Scholæ. *ibid.* De Etate autem tamulantium, sive servorum publicorum, privatorumq; vid. tot. c. 45. *Agricola* p. m. 765 & seqq. *Homer.* lib. 1. il- ad. & lib. 15. *Odyssæ*, ministrorum juvenum meminit. Apud poë- tas servi pueri vocantur, cuiuscunq; sint etatis. *Persius*: I puer, & stri- giles *Crispini* ad balnea defer. p. 768. 766. l. 204. D. de V. 8.: Senio- rum etiam servorum *Homerus* lib. 3. & 4. *Odyssæ* meminit.

Finis legalis etatis ex prædictis satis superq; appareat, ut scilicet constet, quando quis ad publica munera admitti possit, vel non. Ut enim

n, cauti sunt, & fuerunt Romani in distribuendis præmiis & hono-
ribus: ita & ratione ætatis prudenter vigilare voluerunt, ne temerè
quilibet pro quolibet gubernaculis Reipubl. admoveretur: Et hæc
sunt, quæ de ætate legali consignare & excerpere volui. Ætas Cano-
nica ex corpore Juris Canonici similiter eruetur, & interim
hujus speculabitar fortunam.

FINIS.

ET tu, Mi G A S T O, Varnensia pulpita scandis
Ætatis justæ tñemata certa refers.
Omnimodæ ætatis sunt privilegia juris
Proposita, his rutilat vir, juvenisque, senex.
Hunc ætas damnat matura, absolvit eundem
Si minor hæc fuerit, crima quæque luit.
Omni materiæ prodest legalior ætas
Seu sint Contractus, crima seu fuerint.
Romani, & Graji metam posuere peritis,
Ætatem quamvis præmia certa manent.
Omnia fert ætas, animum quoque, crima quæque,
Virtutesque simul, tempora quæque fugant.
Ætas & minor, & major, quæ singitur ætas
Nota fit his thesibus, civica jura fôvet.
Macte isthoc studio, certè legalior ætas
ASTRÆAM vobis spondet, & urbis opes.


*In honorem, & mutuam benevolentiam
Politissimi, ac Industrii juvenis, L.
culturis alacris, ac indefessi, hæc pau-
ca ðoðs apponere volui*

PRÆSES.

65) o (90

Restat tandem ut de ætate Doctorum
discipiamus. Romani olim adolescentes a
to togampuerilem, prætextam & bullam aur
mebant virilem togam, atque in forum pr
bant. *vid. Gell. lib. 10. c. 28. Sueton. in Augusto.*
muni voto statuunt: ætatis anno decimo se
rem creari posse. *Menoch. de arbitrar. jud. qua*
n. 18. Benedictus in repetitione cap. Raynati 16. i
n. n. & 16. X. de testament. annum ætatis 18. re
firmitat suam opinionem Cerneti filii Accursi:
rum Doctorari non posset, per jura supra di
Domini Accursii volenti ad Doctoratum pr
quod erat minor 18. annorum, & sic non pot
cedit. Rutg. Rulandt. de Commissar. p. 1. lib. 1.
lius anno ætatis 17. publice de jure respondit
sus nostrorum J. Ctorum non infimus, ætate a
ratus legitur l. si servum 91. §. sequitur 3. D. de
à Justiniano hinc inde extollitur, mortuus es
tis 37, ut refert Socinus in l. cum avus. 102. C
monst. Baldus de Ubaldis anno ætatis 17. put
& L. centum capu 8. D. de eo quod cert. loc. dar
gelus de Ubaldis, frater Baldi, anno ætatis 2
ornatus, jura professus est. Bartolus de Saxo
Bononiæ summa eum laude de jure respondit
consecutus statim eodem anno Tudeti assesso
bus functus est. Ætatis vero anno vigesimo q
fiteretur accersitus est. Ante 50. ætatis annu
referente Fortunato Garsia in l. 7. §. quinimo n. 6
Durandus, quia lias Speculator dicitur, simi
num juvenis mortuus est. Eodem modo v
Ludovicus Romanus Pontanus. Philippus D
omo secundo Doctoratus insignia accepit,

D



the scale towards document